

DISPUTATIO MATHEMATICA

QUARTA

*De*

# HYPOTHESESIBUS

ASTRONOMICIS IN SPECIE,  
quibus Motus Stellarum ab

Occasu in Ortum demonstratur,

*Quam*

Auspiciis Sacrosanctæ Trinitatis

*SUB PRÆSIDIO*

CHRISTOPHORI NOTTNA-

GELII Super. Mathemat. Prof. Publ.

*publicè proponit*

CASPAR ALEXANDRI

Kyriza-Marchicus.

*In Auditorio Majori*

ad diem ~~XVII~~ Sept: horis matut.

*Nisi morbus quo  
tur Respondens.*

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Röhneri, Acad. Typogr.

ANNO MDCXLVI.

Astron.

588,22

uu

281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
999  
1000

# I. N. J.

## Thesis I.

**X**positis in disputatione priori hypothētib⁹ tum ijs, quæ motui tam primo, quam secundo communes sunt, tum quæ soli motui primo ejusq; salvandis apparentiis conveniunt: sequuntur demum eæ, quæ ad motum duntaxat secundum & quæ inde apparent, accommodantur.

## Thesis II.

*Est autem motus secundus, qui distinctis periodis fit ab occasu invertum:* Dictus sic respectu primi, qui huic tanquam contrarius primo mobili inesse statuitur, de quo in disputatione priori satis. Vocatur alias etiam motus stellarum proprius, quia non omnibus stellis communis, sicut primus, sed singulis peculiaris existit & ab alio diversus. Ptolemæo appellatur *eis τὰ ἐπόμενα*, in consequentia, (scilicet signa) quia secundum successionem signorum Zodiaci incedit.

Motus se-  
cundus.

## Thesis III.

Hunc stellarum motum ejusq; apparentias cum Astronomi demonstrare à priori nequeāt, præstare idem à posteriori coguntur, id quod fieri oportet per certas & peculiares hypotheses, quæ potentes. nibil aliud sunt, quam distinctæ variorum orbium, certo modo & ordine invicem dispositorum theoriæ, stellisq; singulis motu distinctis accommodatae. Quemadmodum enim motus primus per debitam variorum circulorum dispositionem in sphæra armillari seu globo cœli repræsentatam, explicatur: ita secundus per variorum orbium dispositiones in theoriis traditas demonstratur, quæ

Motus se-  
cundi Hy-  
poteses.

cum ab artificibus ita sint excogitatae & assumptae, hypothesium nomine veniunt.

#### Thesis IV.

Orbes.

Sunt autem Orbes illi nihil aliud, quam tractus seu spatia cœli rotunda ac per via, numero & ordine distincta, in quibus stellæ motu secundo cieri & circumagi statuuntur. Ubi non immerito excluduntur orbes in sensu nonnullorum veterum, qui eis compactam quandam tribuerunt soliditatem, ut stellas sibi inflixas commode circumducere possint.

#### Thesis V.

Orbes totales.

Suntque ex disp. i. th. 16. duplices: Totales & Partiales. Totales sunt integra universi spatia, quæ stellæ singulæ motu distinctæ seorsim & peculiariter occupant: ex quibus vulgo integrum mundi systema componitur. Partiales sunt particularia totalium spatiarum, in quibus motus singularium stellarum, omnesq; ejus apparentiae exaltè demonstrantur. Atque hi posteriores porro sunt in dupli differentiæ: quidam uniformes quidam biformes.

partiales.

#### Thesis VI.

Orbes uniformes.

Orbes uniformes sunt, qui aequalem eandemq; habent spissitudinem, seu quorum utraq; superficies tam convexa quam concava ex uno eodemq; centro est descripta.

#### Thesis VII.

Biformes.

Orbes biformes sunt, qui diversam, ac inaequalem habent spissitudinem, seu quorum superficies non ex uno & eodem sed diversis centris descriptæ sunt.

#### Thesis VIII.

Orbes

Majores.

Orbes porro dividuntur in majores & minores. Majores sunt per quos motus stellarum demonstratur aequalis & regularis. Suntque vel absolute tales, Terram ambientes, ut orbis stellarum fixarum, trium superiorum planetarum, Solis item & Lunæ; vel respectivè, Terram non ambientes, ut orbis Veneris & Mercurij.

Minores.

Minores sunt, per quos motus stellarum ostenditur inaqualis & irregularis. Suntque non unius generis. Alii enim super aliis

#### Thesis IX.

aliis orbibus majoribus collocantur, qui vulgo Epicycli dicuntur:  
alii per centra, polosque majorum transcribuntur, qui Circuli  
parvi nominantur.

### Thesis X.

Epicycli sunt orbes minores, ex quibus certa aequationis motus Epicycli.  
ratio constat. Suntque vel primi vel secundi.

### Thesis XI.

Epicycli primi, qui alias simpliciter Epicycli vocantur, sunt Epicycli  
qui ipsum stellae corpus vel centrum Epicycli secundi deferunt, motusq; primi.  
aequationem primam & absolutam commonstrant.

### Thesis XII.

Epicycli secundi, qui alias etiam Epicycli Epicyclorum ap- Epicycli  
pellantur, sunt in quib. semper stellae corpus movetur motusq; aequatio secundi.  
secunda exponitur.

### Thesis XIII.

Circuli parvi dicuntur, per quos vera situs centri, poli vè diversifi- Circuli  
tas demonstratur: Centri quidem aut Concentrici, aut Epicycli parvi.  
primi: Poli verò Eclypticæ veri; ut in theoriâ fixarum.

### Thesis XIV.

Tandem orbes dispescuntur in longitudinares & latitudina- Orbes lon-  
res. Longitudinares sunt, qui motum stellarum longitudinarem, nem- gitudina-  
pe ab occasu in ortum monstrant, ipsumq; Epicycli centrum deferunt: res.  
Unde etiam Deferentes centri Epicycli, vel nonnunquam etiam  
Deferentes stellæ dicuntur. Sunique vel Concentrici vel Eccen-  
trici.

### Thesis XV.

Concentrici sunt, qui idem habent cum terrâ centrum adeoq; Orbes  
ex omni parte aequaliter à terrâ distant; cujusmodi sunt orbes lu- Concentrici.  
minarium & fixarum.

### Thesis XVI.

Eccentrici sunt, qui centro à terrâ diverso gaudent, adeoq; ab ea- Eccen-  
dem ex omni parte aequaliter non distant: cujusmodi sunt orbes re- trici.  
liquorum quinque planetarum.

### Thesis XVII.

A 3

Orbes

*Orbes Latitudinares sunt, qui motum stellarum latitudinem, hoc est a meridie in septentrionem, vel contraria incedentem ostendunt, nodisq; sub Ecliptica circumducunt. Unde & Deferentes nodos, vel Deferentes caput & caudam Draconis nuncupantur.*

### Thesis XVIII.

Præter hos recensitos orbes porrò hypothesisum nomine certæ quædam veniunt *Lineæ, Puncta & Arcus*, quæ non minus speciatim hic observari debent. Cum enim Astronomi officium sit motum non tantum numerare & observare, sed omnium etiam apparentiarum firmas reddere causas, lineas interdum Geometricas arcusque circulorum certos certaque puncta demonstrationis gratiâ assumere cogitunt.

### Thesis XIX.

*Lineæ quidem, quæ ab Artificibus hoc loco assumuntur, (exceptis iis, quæ naturâ in omni circulo seu orbe præsupponuntur, ut Diametri & Semidiametri) potissimum numerantur tres: linea Augis seu Apogæi & Perigæi, linea motus medii, & linea motus veri.*

### Thesis XX.

*Linea Augis seu Apogæi & Perigæi est recta, ducta ex centro mundi, & orbis adduo puncta opposita in quibus stellæ à terra remotissimæ, eidemq; proxime existunt.*

### Thesis XXI.

*Linea motus medii est recta ex centro terræ per centrum Epicycli primi usq; ad Zodaicum protracta.*

### Thesis XXII.

*Linea motus veri est recta ex centro mundi per centrum stellæ usq; ad Zodaicum extensa. Quæ quidem linea lineam motus medii semper sequitur, quando centrum stellæ (in theoriâ solis) vel Epicyli secundi (in theoriis reliquorum planetarum) in mediata Epicycli primi priore versatur: Contrarium fit in posteriore.*

### Thesis XXIII.

*Puncta, quæ (præter centra & polos, aliaque per se nota) assumi hic solent, partim sunt loca Epicycli seu Eccentrici in quibus stellæ*

stellæ certo intervallo à mundi centro seu terra distant: Unde Ptolemaeo, Διποστεις seu Διποσιμαται; communiter vero Elongationes vocantur, quæ vulgo ponuntur triples; Mediae, Longissimæ, & Brevissimæ: Partim vero sunt loca Zodiaci quæ singulæ stellæ singulis momentis attingunt; Unde nonnullis Transitus vocantur, Arabibus Radices, (scilicet motuum) communiter vero stellarum loca. Suntque itidem vel media vel vera.

#### XXIV.

Elongationes mediæ sunt maximaæ equationis in Epicyclo vel Eccentrico contingentis puncta. Quæ quidem in Epicyclo monstrant rectæ contactus seu contingentiae ex centro mundi ductæ: mediae. In Eccentrico vero indicat recta per centrum mundi ad lineam Augis orthogonalis.

#### Thesis XXV.

Elongationes longissimæ, Ptolemaeo Apogæa, Arabibus Auges Elonga-  
diciæ, sunt puncta Epicycli vel Eccentrici, a centro mundi remotissima. tiones

#### Thesis XXVI.

Elongationes brevissimæ Ptolemaeo Perigæa, alias oppositum-  
Augis appellata, sunt puncta Epicycli seu Eccentrici mundi centro proxima. Thesis XXVII.

Quæ tamen duo posteriora puncta Apogæum & Perigæum in Eccentre pycyclo iterum variant. Aliud enim est medium, aliud verum. Illud ostendit recta ex centro Eccentrici per centrum Epicycli ducta. Hoc vero monstrat linea recta ex centro mundi per centrum Epicycli transiens. Hæc de usitatis lineis.

#### Thesis XXVIII-

Locus stellæ medius est punctum Zodiaci, per quod linea mo- Locus stel-  
tus medi ducitur. lœ medius.

#### Thesis XXIX.

Locus stellæ verus est punctum Zodiaci, per quod linea motus ve- Locus  
ritransit. stellæ ve-  
rus.

#### Thesis XXX.

Arcus tandem hoc loco nibil aliud sunt, quam ipsi stellarum motus vel secundum vel contra signorum seriem numerari. Suntque vel mediæ seu aequales, vel veri seu inæquales. Arcus.

#### Thef:

### Thesis XXXI.

Motus  
stellæ me-  
diæ.

Motus stellæ medius seu æqualis est arcus Zodiaci seu orbis sui in-  
ter principium Arietis vel Apogæum medium, & lineam motus medii  
interceptus, secundum vel contra signorum seriem numeratus.

### Thesis XXXII.

Motus  
stellæ ve-  
rus.

Motus stellæ verus seu inæqualis est arcus Zodiaci seu orbis stellæ  
inter principium Arietis vel Apogæum verum, & lineam motus veri  
interceptus, secundum vel contra signorum seriem numeratus. Dici-  
tur alias etiam apparet, & quidem propterea, quia revera no-  
bis ex terra ipsum observantibus ita apparet: ob quam causam,  
etiam verus appellari solet. Inæqualis autem dicitur,  
quia æquali eodemque temporis intervallō diversus & inæqua-  
lis h.e. modò velox, modò tardus, modò aliis apparet; Undè  
ab Artificibus æquatus fuit, quem propterea vocant æqualem,  
quia æqualibus momentis æqualem describit arcum. Differunt  
autem ambo certis in locis certo quodam orbis seu Zodiaci ar-  
cu, qui vulgò nominatur *prosthabæresis*.

### Thesis XXXIII.

Prostha-  
bæresis.

Est itaq; Prosthabæresis nihil aliud, quam arcus orbis seu Zodi-  
aci inter locum stellæ medium & verum, seu Apogæum medium & ve-  
rum interceptus: Sic dictus, quod arcui motus stellæ medii mo-  
dò additur, modò subtrahitur. Nonnullis etiam vocatur *Æ-  
quatio*.

### Thesis XXXIV.

Cæterū arcus hi numerantur tūm secundūm Longitu-  
dinem tūm secundūm latitudinem. Undè motus etiam duplex  
emergit: *Longitudinis* & *Latitudinis*. Ille numeratur vel in Zo-  
daico & in specie *Longitudo* appellatur, vel in Eccentrico, Epicy-  
clo & Circulo parvo, & *anomalia* vocatur.

### Thesis XXXV.

Longitu-  
do.

Longitudo numerari incipit vel ab *Æquinoctio verno*, eog; sive  
vero, ut *Longitudo fixarum*, sive *medio*, ut *Præcessio Æquino-*  
*ctorum simplex*, *Longitudo solis* & *reliquarum* *quinque erran-*  
*tium*, ex quibus tamen in superioribus tribus specialiter *Longi-*  
*tudo Eccentrici* vocatur: *Vel à centro ipsius corporis solaris*, ut *Lon-*  
*gitudo Lunæ*; Undè *Longitudo à Sole* vulgò appellatur.

### Thesis

### Thefis XXXVI.

*Anomalia*, quæ Alphonsini & aliis Argumentum vocatur, *Anomalia* est vel prima vel secunda. Prima in Planetis anomalia simplex vel linea. Eccentrici dicta, est arcus Epicycli primi ab Apogeo contra signorum seriem usq; ad centrum Epicycli secundi numeratus. Vel arcus Eccentrici ab Apogeo secundum signorum seriem usq; ad lineam motus medi computatus. Ex hac anomalia Prosthaphæresis elicetur, quæ in Lunâ prosthaphæresis Epicycli, in planetis Eccentrici appellatur. Secunda sic denominatur respectu primæ: Unde in Lunâ *anomalia secundò seu ultimò æquata*, in planetis *anomalia orbis annua*, vel *anomalia commutationis* dicitur. Ex hac colligitur prosthaphæresis ultima, quæ in Lunâ Prosthaphæresis Eccentricitatis, in Planetis Prosthaphæresis orbis absoluta nuncupatur.

### Thefis XXXVII.

*Anomalia insuper vel est simplex*, quæ in circulo parvo fixarum, *Anomalia simplex*. *vel in Epicyclo primo*, *vel in Eccentrico numeratur*; de quâ ex antecedenti constat: *Vel est duplex seu duplicata*, quæ vicissim vel propria est, & in Epicyclo secundo, tam Lunæ, quam planetarum computatur, *vel analogica*, quæ interstitium luminarium duplex, Alphonsini verò centrum Lunæ appellatur. Estq; arcus circuli parvi à centro mundi secundum signorum seriem, usq; ad centrum Eccentrici, *vel Arcus circuli parvi ab ejusdem Apogeo secundum signorum seriem usq; ad lineam motus medi lunaris computatus*.

### Thefis XXXVIII.

Motus stellæ latitudinariis reponitur & ipse in Zodiaco ac numerari. Motus incipit vel à medio capitris nodo, ut in Luna nomenque simpliciter *Latitudin* retinet; vel à principio Arietis, ut in Saturno, Jove & Marte, & natis. Specialiter medius motus nodi Borei appellatur. Inferiores duo promediis latitudinis motibus anomalias suas Eccentrici & orbis retinent.

B

Coronidis

## Coronidis loco quæritur

I.

### *Cur Astronomi Eccentricos veleorum loco Epicyclos in Concentricis excogita- verint?*

**F**actum id potissimum est duabus de causis: prima est, propter motus stellarum inæqualitatem & apparentes anomalies. Etsi enim motus ipsarum in se & suâ naturâ regularis omnino & æqualis sit, quippe qui in materia mutationibus elementaribus non obnoxia, sed æterna & nobilissima accidit: quia tamen nobis jam velocior, jam tardior apparet h.e. uno eodemque temporis intervallo modò majorem, modò minorem circumferentiæ suæ partem nobis absolutam ostendit; id autem simpliciter considerando, naturæ videatur contrarium, necessum fuit pro salvanda taliis motus irregularitate Eccentricos inventisse. Secunda causa fuit, quia stellæ jam viciniores, jam terræ remotiores videntur, quod fieri haud potest nisi per motum orbis, qui aliud centrum à centro mundi habeat, qualis est Eccentricus & Epicyclus.

II.

### *Vnde probetur, stellas terræ modò esse viciniores, modò ab eadem remo- tiores?*

Planetas jam à terrâ remotiores, jam eidem propinquiores esse duæ præsertim ostendunt rationes: Prima est varia ipsorum magnitudinis apparentia circa Orcum & Occasum, omnibus remoris impedimentis. Quæcunq; proximiora sunt, majora apparent. Secunda est propter

propter ipsorum motum. Nam si velociori motu ferantur uno tempore quam altero, & cum regulariter moveantur, necessum est supponere, cum tardius moventur, à terra esse remotiores, utpote in ea Eccentrici vel Epicycli parte, quæ à centro terræ remotior existit.

III.

*An quies, quæ à nonnullis tribuitur stellis,  
in natura tolerari possit?*

Negatur. Stellis n. in quiete positis, terram necessariò moveri oportet, cui motui in natura locum dare nemo facilè poterit, nisi talia velit concedere absurdum, quæ omnem superant veritatem. Terram sicutem omnium rerum crescentium tanquam benignam matrem & genitricem, Deus in quiete constitutam esse voluit: Contrà verò stellas moveri non tantum natura, sed & ipsa scriptura sacra testatur.

IV.

*Num stelle, quibus motus vulgo ab ortu in occasum tribuitur unus idemq; eadem  
velocitate movantur?*

Negatur. Etsi enim 24. horarum spatiō omnes stellæ ab ortu in occasum semel circumvolvi dicantur, eò tardius tamen moventur semper, quò magis ab æquatore declinant, seu quò propiores existunt polis, h. e. quò minores efficiunt circuitus.

V.

*An stelle, dum in inferiora agere dicuntur,  
etiam in hominem agant?*

Affir-

Affimatur. Cum enim hominis corpus ex elementis constet, non minus ab influxu cœlesti quam alia corpora elementata afficitur, & qui contrarium asserere conatur, quotidianaæ experientiæ omni hominum generi persuasæ reclamat.

*In gratiam Doctissimi Dn.  
RESPONDENTIS.*

**N**omen ALEXANDRI, quo nunc CASPARE superbis,  
Augustum invictis gentibus, omen habet.

Si pergas porrò, multos superabis, ut alter,  
Pergi tui ingenii pignora magnus eris.

*f.*  
**M. Johannes Meisnerus, Torg.**  
Facult. Philos. Adjunct & h.t.

DECANUS.

**H**Aec dum materiam raro conamine tractas,  
Rarum conisciunt ingenium inde tuum.  
Laudo conatum, laudant dum cætera multi  
In te, si pergas, laus tua major erit.

*f.*  
**PRÆSES.**



Actm. 5  
188, 22

